

# The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

## Maria u cum fonte primo

Virgo regia ipsa est uia per quam  
Saluator aduenit, procedens de ipsius  
utero tanquam sponsus de thalamo suo.

Per te accessum habeamus ad Filium, O  
benedicta inuentrix graciae, genitrix  
uite, mater salutis, ut per te suscipiat  
nos qui per te datus est nobis. Excuset  
apud ipsum integritas tua culpam nostre  
corruptionis, et humilitas Deo grata  
nostre ueniam impetret uanitati.  
Copiosa caritas tua nostrorum cooperiat  
multitudinem peccatorum, et fecunditas  
gloriosa fecunditatem nobis conferat  
meritorum.

Bernardus sermone II.

Sed iam advertistis, ni fallor, quoniam  
Virgo regia ipsa est via, per quam  
Saluator aduenit, procedens ex ipsius  
utero, tanquam sponsus de thalamo suo.  
Tenentes ergo viam, quam priore, si  
meministis, coepimus investigare sermone,  
studeamus et nos, dilectissimi, ad ipsum,  
per eam ascendere, qui per ipsam ad nos  
descendit, per eam venire in gratiam  
ipsius, qui per eam in nostram miseriam  
venit.

Per te accessum habeamus ad Filium, o  
benedicta inuentrix gratiae, genitrix  
vitae, mater salutis, ut per te suscipiat  
nos qui per te datus est nobis. Excuset  
apud ipsum integritas tua culpam nostrae  
corruptionis, et humilitas Deo grata  
nostrae ueniam impetret uanitati.  
Copiosa caritas tua nostrorum cooperiat  
multitudinem peccatorum, et fecunditas  
gloriosa fecunditatem nobis conferat  
meritorum.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in*  
*aduentu Domini*, 2, 5 (SBO 4, J.  
Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais  
eds., p.174, ll.5-15).